Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31284
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

sub terebinthio · et uocatum ē nomen
loci quercus fletus · Et nota quia li
uidetur · quod therebinthus et quer-
cus sunt idem apparuit q̃ rursum ei
dominus · et ait · Non uocaberis ultra
iacob · sed israhel erit nomen tuum ·
et appellauit eum isrel · Ecce patet q̃
supra nomen promisit tantum ·
hic autem imposuit De morte rach=
elis in partu beniamin

Egressus inde iacob uenit
uerso tempore ad terram
que dicit effratam · idest
bethlehem et est antipatro · post eam
dicta est effrata · ab uxore caleph que
ibi sepulta est ibiq̃ cum parturiret
rachel cepit periclitari · tamen peperit
filium · Egrediente autem anima p
dolore partus · moriens uocauit filiū
nomine benoni · idest filium doloris ·
patri uero eum circumcidit eum uoca-
uit beniamin · idest filium dextere ·
Sepulta est ergo rachel · in uia que du-
cit betlehem · et sola inter coniugates
honorem sepulture abrahe habere nō
meruit · Erexit q̃ iacob titulum sup
sepulturam eius qui apparet usq̃ in
hodiernum diem · Et egressus inde
fixit tabernaculum iuxta turrim ader
idest turrim gregis · hunc locum dicit
hebrei · ubi post edificatum ē templū
et dictum · quasi quodam uaticinio
turrim gregis · idest congregationis
future ad templum · Jeronimus ait
locum esse iuxta betlehem · ubi ange-
lorum exercitus in ortu domini cecinit ·
uel iacob greges suos pauit · nomen
inde loco relinquens · Cumq̃ habita-
ret ibi ruben dormiuit cum bala con-
cubina patris · quod tamen non latuit
iacob De morte ysaac z regibus
edom

Venit etiam ad ysaac pa-
trem suum in ciuitate he-
bron et iam mortuā inue-
nit matrem · Per multum etiam post
aduentum eius completi sunt dies
ysaac centum octoginta annorum ·
uel secundum Josephum octoginta qui-
q̃ annorum · et appositus ē populo
suo plenus dierum · et sepelierunt eū
filij sui esau et iacob in spelunca du-
plici · Hic terminatur primus liber
Josephi · porro mortuo patre ditati sūt
esau et iacob · ita q̃ terra eos non ca-
perat · et rediit esau ad montana q̃
dimiserat · dicta est terra ab edom ·
idumea · que prius dicebatur bosra
Enumerans enim moyses duodecim
reges terre illius · a primo usq̃ ad ul-
timum quem uidere potuit aut · et
regnauit post dale iobal filius hare
de bosra · et hunc dicunt fuisse iob pro
nepotem esau · Sed hebrei contradi-
cunt · ut supra dictum ē · Videtur etiā
in genesi · q̃ eadem terra ante esau ·
etiam dicta fuerit seir · Enumeratis
etiā filijs esau · enumerat principes
horreorum · qui fuerunt in terra ante
esau · de quibus inquit sic · Isti filij seir
horrei habitatores terre · Horreos enim
expulit esau · ut legitur in paralipo-
menon Quidam tamen dicunt hic
enumeratos reges · qui fuerunt in edom
antequam filij israhel habuissent re-
gem saliet saul · Et dicunt hanc enu-
merationem apposita ab esdra · qui
eam scire potuit · In enumeratione ue-
rorum legitur de ana filio sebeon
Cuius filiam duxit esau · qui inue-
nerat aquas calidas · in solitudine ·
dum pasceret asinas patris sui · He-
breum uerbum est · et inuenit Jan-
num · De quo ut ait Jeronimus uale

de gma esau z regibus edom